



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.


18. Augusti. 5. Cal. Septemb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

mirum inciderant, prædæ, cui inhia-
verant, vacua à te relegata ad suas te-
nebras. *Callidissimo cum hoste confligen-
dum est homini cæco & infirmo. Impar u-
llique certamen. Ab hoc uno tamen pendet
victoria, ut negetur consensus. Quàm fa-
cilia sunt hæc arma! quàm horribilis pena
manet, jugum turpissimæ servitutis spon-
taneâ prorsus insaniam amplectentem!*

S. BERNARDUS, ser. 3. in XL.

In ten- *Qui sumus nos, aut quæ fortitudo no-
tatione stra, ut tam multis tentationibus re-
recur- sistere valeamus? Hoc erat certè, quod
rendū sistere valeamus? Hoc erat certè, quod
est ad querebat Deus: ut videntes defectum
DEUM nostrum, & quòd non est nobis auxili-
um aliud, ad ejus misericordiam tota
humilitate curramus.*



18. Augusti. 5. Cal. Septemb.

Passus **B.** CORNELI, monache S. Salvato-
anno ris Antuerpiensis: qui illinc in Ze-
1572. landiam missus, monasterio in urbe
Zirikzea sito, titulo Prioris per aliquot
annos laudabiliter præfuit. Cùm au-
tem deploranda illa Fidei orthodoxæ
eversio majorem Belgii partem depo-
pularetur, desertorum impio furore
etiam

etiam in te saviente, invicto animo contumelias, vulnera, & ipsam deniq; mortem gloriosus Martyr toleravisti. Satiùs *Parem mihi fortitudinem à Deo impetra est pati contra haresum caput, malignum demo- quàm nem, ut promptior sim ad ferenda marty- peccare rum tormenta, quàm admittendas vel se- mel illius suggestiones.*

B. ADAM, Morinensis Episcopo: *Clavũ quam Ecclesiam cùm sedecim annos dimisit gubernasses, gloriosius in illa die ma- anno gna te sub cuculla, quàm tiara, ad vi- 1229. tam rediturum ratus, filiorum BER- NARDI numerum in Claravalle primùm, dein in cœlo auxisti. Ita nimirum est: resurrectionis gloriam hujus vitæ laboribus mercamur. Ibi demum apparebit, quanta vanitas fuerit, carnis illecebras perditè amavisse.*

S. BERNARDUS, ser. 6. de Adv.

Si Christi membra volumus inveniri, sequendum est sinè dubio Caput nostrum: ut videlicet prima nobis reparandarum sit sollicitudo animarum: corporis verò curam illi tempore reservemus, & differamus in illum diem, quo reformandi corporis gratiâ est venturus.

Corporis cura aliò reservanda.